

qui tales, quoad apparentiam, quàm qui reuera eius-
modi existunt, esse quos explicauit, & tot, duos scili-
cet. Cæterùm muscus qui *βρύον* Græcis nuncupatur,
etsi propriè caulem non habeat, tamen herbis conu-
meratur, & parietibus, ac lapidib. qui vel aqua mer-
guntur, vel iuxta aquas residet, adhærescit. Inueniun-
tur in arborib. quoq. villi quidam cani, & è ramis de-
pendetes, quos etiam muscum nominant. Verùm au-
thor hoc loco intelligit id quod in lapidibus, & parie-
tum crustis, & albariis, vt dictum est, cernitur viride.

DE COLORIBVS

MEDIIS, SIVE

MIXTIS.

CAP. II.

» **T**A' δὲ ἄλλα ἐκ τούτων τῆ κρᾶσει, καὶ τῷ μάλλον
» τὲ καὶ ἥπλον γινόμενα, πολλὰ καὶ ποικίλας
» ποιεῖ χρωμάτων φαῦτασίας. κατὰ μὲν δ' μάλ-
» λον καὶ ἥπλον, ὡσὺρ δ' φοινικοῦ καὶ δ' ἄλουργῆς. κατὰ δὲ
» τὴν κρᾶσιν, ὡσὺρ δ' λυκὸν καὶ δ' μέλαν· ὅταν μίχθῃ
» τα, φαοῦ ποίση φαῦτασίαν.

» Reliqui colores, qui ex horum tempera-
» mento, & maioris, minorisque ratione gi-
» gnuntur, multas ac varias præbēt colorum
» imagines. maioris quidem minorisque ra-
» tione, ceu puniceus, & halurgus: tempera-
» mento verò, vt albus, & niger; quandoqui-
» dem mixti, fusci reddunt apparentiam.